

et quae me peccasse ais. abŷ, solu' solum conveni,
 rogã velitne uxorem an non : sŷ est ut dicat velle se,
 redde ; sin est autem ut nolit, recte ego consului meae.

45 *PH.* siquidem ille ipse non volt et tu sen[si]sti in eo esse, 560

Myrrina,

peccatum, aderam quoi(u)s consilio fuerat ea p̄ar prospici.
 quam ob rem incendor ira esse ausam facere haec te iniussu
 meo.

interdico ne extulisse extra aedis puerum usquam velis.
 sed ego stultior m̄is dictis parere hanc qui postulem.

50 ibo intro atque edicam servis nequoquam efferri sinant.— 565

MY. nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere :
 nãm ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem ut siet resciverit,
 non edepol clam me est, quom hoc quod leviust tãm animo
 irato tulit ;

nec qua via sententia eiu' possit mutari scio.

55 hoc mi unum ex plurumis miseriis relicuom fuerat malum, 570
 si puerum ut tollam cogit, quoi(u)s nos qui sit nescimus
 pater.

nam quom compressast gnata, forma in tenebris nosci non
 quitast,

neque detractum eŷi tum quicquamst qui posset post nosci
 qui siet ;

ipse eripuit vŷ, ĩn digito quem habuit, virgini abiens anulum.

60 simũl vereor Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius 575
 celare, quom sciet alienum puerum tolli pro suo.